

123

**S**unt eunuchi qui seipos castrauerunt  
 propter regnum dei. qui pro capite capiunt. De  
 ipso castrae est castitati secretae. Ca-  
 stitas autem tres habet. scilicet videlicet  
 coniugalitatis vidualitatis ac virgini-  
 tatis. Qui in istis tribus gradibus non fuerit  
 inuenitur non mundus reputabitur si mundus  
 et talis aula dei mundissima non poterit  
 introire. Nichil enim coniugalium introibit  
 in illam sicut dicitur sapi. viij. **De** deo non  
 quod via dei qua ipse docet est via iusticie  
 Hanc viam docet ubi dicitur. Reddite que sunt  
 cesaris cesari et que sunt dei deo. Per ce-  
 sare intelligitur omnis homo cuiuscumque sit co-  
 ditiois vel officij vel dignitatis. Via igitur  
 iusticie in hijs duobus consistit ut  
 videlicet ea que sunt hominum hominibus solua-  
 et que dei deo reddantur. Ad primum inui-  
 ta nos apostolus ad rom. xij. Reddite oi-  
 bus debita cui tributum tributum cui vesti-  
 gal vestigal. cui timorem timorem cui hono-  
 rem honorem. Dicit etiam augustinus. Non dicitur  
 peccatum nisi restituatur ablatum. Debet enim et  
 deo reddere que dei sunt videlicet omnium posses-  
 sionum naturam decimam et corpus et animam  
 Ipse enim nobis possessiones temporales sua  
 largitate donauit et ipse nobis animam in-  
 spirauit. **De** quarto non quod dicitur deo non  
 esse cura de aliquo quod videlicet non re-  
 spectat personam hominum. Non enim propter abu-  
 dantiam temporalem vel potentiam secularem  
 dat aliam hominum eos facit vel gratiam  
 in presentia vel gloriam in futuro. imo pau-  
 paulo aliam et humili eo facit et lar-  
 gitur. **Vnde** ipse dicitur ysa. lxvi. **Ad** quem  
 respiciam nisi ad pauperum et contritum  
 spiritum et tremorem sermones meos. **Roga-**  
 te ergo dominum ut sic doctrinam suam expe-  
 mur quatenus ad claritatem vultus eius  
 pervenire mereamur. **Quod** nobis ait.

**De** omnia xxij.

AS

**E**st puer vitis hic qui habet  
 quinque panes ordeaceos et du-  
 os pisces. **Quatuor** sunt hic nota  
 da. Primum est quid pro pueri qui quinque  
 panes et duos pisces habuit intelli-  
 gat. Secundum est quid pro ipso quinque pa-  
 nes et duos pisces exprimat. Tercium  
 est que sint quinque milia hominum que ex pa-  
 nu et piscium fractione facta legun-  
 tur. Quartum est qui sint duodecim  
 ophi qui ex eis panibus et pi-  
 scibus colligunt. **De** primo nota  
 quod per puerum istum dei filius intelli-  
 gitur. Ipse enim est puer ille de quo dicitur  
 ysa. xi. Vitulus et leo et ovis simul  
 morabuntur et puer puulus minabitur  
 eos. Per vitulum qui olim domino imo-  
 lari solebat intelliguntur boni christiani  
 carnis lasciviam propter dominum in semet-  
 ipsis mortificantes. Per leonem qui  
 fortis est et robustus notatur dyabo-  
 lo et peccatis strenue repugnantes. Per  
 ovem quod est animal simplex et pa-  
 ciens significatur adversa huius mun-  
 di propter deum patienter et humiliter  
 tolerantes. **Hos** itaque puer ihesus  
 virga sue benignitatis minat ad pa-  
 scua paradisi domini. **De** secundo nota quod  
 pro quinque panes ordeaceos et duos  
 pisces septem intelliguntur que dominus  
 propter salutem nostram fecit in mundo  
 per que etiam non tantum quinque mili-  
 a hominum immo incommensurabiliter plus  
 quam decies centena milia hominum re-  
 fecit et faciat in hoc mundo. **Et** bene pa-  
 nes isti dicuntur ordeacei fuisse. Ordeum  
 quippe acutus et pungitivus habet aristas  
**Ita** certe et ihesus quibus presentiam suam